



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd nullus religiosus,& sanctus careat peccato. lxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

negociis. Unde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiae mundanae voluerit implicare.

De illis qui relicto religionis proposito ad seculum redeunt. Cap. LXVII.

H qui post sanctae religionis propositum apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum poenitentiae remedia non requirunt, communionem non accipiant sine poenitentia, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicumque ille est post poenitentiam habitum secularem non praesumat. Quod si praesumpserit: ab Ecclesia alienus habeatur.

Ex concil. Arelate si, cap. 3.

Quod nullus religiosus & sanctus careat peccato.

Capitulum LXVIII.

Nullus sanctus & verus caret peccato: nec tamen ex hoc definit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturae viribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem: & ideo veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores: quia in veritate habent quod plangent, & si non reprehensione conscientiae, certe mobilitate, & mutabilitate praeviaricatricis naturae.

Ex dictis August.

Ut poenitentes à coniviis & ornamentis abstinere debeant. Cap. LXIX.

Quod poenitentes à coniviis & ornamentis, atque alia veste abstinere debeant, & discordes pellantur ab Ecclesia, donec ad pacem redeant.

Ex decret. Lucypae, cap. 5

presbyter poenitentem non reconciliet, nisi episcopus eius suus iubeat. Cap. LXX.

Vt presbyter non interrogato episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absentia episcopi, necessitate compellente.

Ex concil. Africa. cap. 30.

Nullus ex Ecclesiastico ordine per manus impositionem remedium accipiat poenitendi.

Capitulum LXXI.

Alienum est autem à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati: hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant poenitendi. Quod sine dubio apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccaverit quis orabit pro illo. Unde

Ex dictis August.

Ex decret. Leonis papa ad Ruslicum, cap. 16.